illiús. Ipsa conteret capút
túúm: & tú insidiaberis
calcaneo eiús. Mulieri quoque
dixit. Multiplicabo aerumnas tuas
et conceptus tuos. In dolore paries
filios: et sub viri potestate eris:
et ipse dominabitur tui. ADE
vero dixit. Quia audisti vocem
uxoris tuae: et comedisti de ligno
ex quo praeceperam tibi ne comederes:
maledicta terra in opere tuo.
In laboribus comedes ex ea cunctis
diebus vita tua. Spinas et tribulos
germinabit tibi: et comedes herbas
terrae. In sudore vultus tui vesceris
pane tuo: donec revertaris in terram
de qua sumptus es: quia pulvis
es, et in pulverem reverteris.